



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Dionysii Carthusiani, luculenta iuxta ac compendiaria in Acta apostolorum exegesis siue commentaria

Dionysius <Cartusianus>

Coloniæ, 1532

VD16 D 1926

Vita D. Dionysii Carthusiensis, eiusq[ue] Catalogus scriptorum, (quoru[m] quæ iam nunc impressa sunt, hoc signo indicantur ¶) ex libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, Reuerendi P. D. Iohannis ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-38702

¶ Feria Sexta quat. temporum.
Viri Israel. audite yba hæc. Viri frat. Ca. 2. fo. 15. b.
¶ Sabbato Quat. temporum.
Sequent. vero Sabbato. Ad finem cap. Cap. 13. fo. 72. b.
¶ D E S A N C T I S
Stephani protomartyris.
Steph. aut ple. gfa. Saul. aut spir. Ca. 6. & 7. fo. 36. b.
¶ Philippi & Iacobi.
Exurg. aut prin. sacerdot. Adu. aut. Ca. 5. fo. 31. a.
¶ Petri & Pauli.
Mittit Herodes rex manus. Venit ad domum. Ca. 12. fo. 64.
¶ Mathiæ Apostoli.
Exurgens Petrus. Ad finem Capituli. Cap. 1. fo. 7. b.
¶ Finis Indicis.

VITA D. DIONYSII CAR-
thusiensis, eiusq; Catalogus scriptorum,
(quorum quæ iam nunc impressa sunt, hoc
signo indicantur ¶) ex libro de Scripto-
ribus Ecclesiasticis, Reuerendi P. D. Io-
hannis Tritemij, Abba. Spanhem.

Dionysius Ricel alias de Leu-
uis natione Teutonicus, ordi-
s Carthusiensium domus Beth-
ehem in Ruremunda, vir in
scripturis diuinis studiosissimus, & conti-
nua exercitatione peritus, secularis quo-
q; philosophiæ non ignarus, ingenio sub-
tilis, sermone scholasticus, vita & conuer-
satione singulariter deuotus, adeo vt eti-
am diuinis reuelationibus dignus habe-

retur (ad quem Nicolai Cusæ Cardina-
lis viri eruditissimi, plures extant episto-
læ) tot & tanta scripsit, vt numero opu-
sculorum præter Augustinum apud La-
tinos parem habuerit neminē. Contem-
plationi & orationi cum tanto seruore in-
stabat, vt eum nihil scribere unquam po-
tuisse putares. Rursum in scribēdo ac le-
gendo tam sedulus erat, vt nec orare nec
contemplari eum posse vnquam æstima-
res. Erat parcissimi somni, cibi & potus
abstinentia admirabilis: qui beati Hiero-
nymi exemplo die ac nocte in lege domi-
ni meditari dulce iudicabat, semper aut
scribens aliquid vtile aut legens, ita vt le-
ctionem oratio sæpe interrumperet, &
orationem sacra lectio sæpe exciperet.
De cuius opusculis ipse per se subiecta
quodam indiculo recensuit. Moritur
sub Fræderico Imperatore tertio & Pau-
lo pseudopapa secundo, Anno domini
M.CCCCLXXI. Indictione quarta
xij. die mensis martij. Sepultus non sine
magna opinione sanctitatis in cœmiterio
fratrum communiū domus præfatæ Ru-
remundensis.